

AB

154140



Vivus ego dicit dominus nolo me  
peccatoris sed ut contrit  
fatur et vivat

10. 7. 17

Winsthemius  
Lutherus dicebat bell  
e' unum ex summis  
operibus charitatis e  
no nisi in suprema  
necessitate in verbis sumis  
atendum

occidentalem  
per ge  
rationem  
pieniam cre  
sonem Moy  
oenis afflige  
oc saculo ma  
summer sumis  
iaffe, nec opinan

Montanus  
Su, nat, non  
Sine nativum  
vale nomen

Ad hanc...





Dom. Philip.  
Ille qui non libenter soluit e  
et si soluit: quia cor. e alien

*Idem*  
Nulla lex dei de externo opere  
impossibilis

*divine*  
Determinet Pre<sup>re</sup> inimitabilis et ad  
impossibilitatem eventibus: q a sola voluntate  
divina procedunt. Nam ea non  
providet deus sed omnia vult et efficit.

ut ab omni eternitate deus providit se  
conditum in misericordia se missum filium  
ad determinationem Instituit Insuper  
elogit Ecclesiam Resurrexerunt.

At promissa divina et si non pot  
tamen non adterent veritate ipsa pue  
tib: q partem a uoluntate Dei partem a  
no. promissa sunt illas tantum vult  
et admittat sed ita ut creaturae re  
sone utitur. Libertate utitur.  
ut Davidis regis pro obsequio promi  
det patitur et dicit: colorem vultu huius  
domus dom

...nisi dicere nisi

De ordine  
me finem





quod dicitur ad hunc modum: potestatem respiciendo  
omnia, potestatem omni Deo et potestatem S.S.  
Ite uero licet a nostra uoluntate se  
dent omnino mala per partem pro  
uidet Deus ut neque uelit neque effi  
cat neque adueniat. tamquam ad se  
ut ista promissio uerisitate istis ser  
uentibus: afferat. Promittit autem de  
qua futurum sit. Statuit certus  
modus ut q. Reg. 19. de Simachia  
Nō sunt quae praecedit.

Determinatio Deus praesed  
nō eadem modo.

nequit dicere nisi





Ouid. In Episto:

Fallitur a uirio spes bona sepe sua  
Spes sunt somnia uigilantiu. Pir  
Ut pedibus ita spe accedenda sunt  
possibilia. Epulet:

Fch<sub>o</sub>

uerum dicere nisi





Dkt. an an Nr 256 no  
Melan[eh] Thom, Philipp-  
pino

Vg 3596

Sign.?

Angb. 1. = 00 L.



**MICHAEL**  
**LIS VERINI HISPANI**  
ni Poëtae ac iuuenis do-  
ctis, Disticha  
de mori-  
bus,

Quo morbi genere poëta mortuus sit, satis bene  
testatur Ang. Pollit. in lib. epigram. ita inquiring :

Verinus Michael florentibus occidit annis :  
Moribus ambiguum, maior an ingenio.  
Disticha composuit docto miranda parenti,  
Quæ claudunt gyro grandia sensa breui.  
Sola Venus poterat lento succurrere morbo :  
Ne se pollueret malluit ille mori.  
Hic iacet, heu patri dolor & decus, unde iuuentus  
Exemplum, uates materiam capiant.

M. D. XXXVIII.



P O E T A E V I T A .



Poetae nostri uitam, patriam, mores,  
immaturum deniq; funus paucis &  
his accipe. Michaël Verinus Hispanus  
minorem è Balcaribus insulis habuit  
patriam: Minoricam uulgus appellat: natus Vgo-  
lino patre uiro liberalibus in studijs haud uulgari-  
ter docto, quod innuisse uidetur Poeta cum inquit:

In lucem nostri formidant prodere lusus,  
Si prius emendes, nil Vgolime timent.

Puer admodum Romanam deportatus fuit, ubi &  
frequens pater uersari consueuerat, Paulo Saxia  
Roncilionis grammatico ac rhetori eximio necnon  
uersificatori erudiendus traditur, cui postea Disti-  
chorum suorum opus, ingenij sui primitias dicauit.  
Quam sancte, quam candidè, quam etiã liberaliter  
scripserit abunde sua scripta testantur. Heroicum  
carmen uersibus duntaxat tribus expertum illum fuisse  
dicitur, sic ordiens: Luxuria prædulce malum &c.  
Statura fuit mediocri, colore candido, oculis uiui-  
dissimis, spiritu afflicto sermone non ita tardus quã  
consulto rarus: Amicos habuit plures, quorum qui-  
dem meminit in distichis suis frequenter. Cœlebs atq;  
incontaminatus ad X V III. uixit annum, quinimo  
duris tunc fatis concessit.



MICHAELIS VERINI,

VGOLINIF. DISTICHORVM

liber, qui Sententiarum inscribitur,

ad Paulum Saxiam Roncilionem

Grammaticę olim præcepto-

rem suum incipit.

Operis dedicatio ad Paulum Sa-

xiam Roncilionem.



RONCILIONI Shonor, san-

ctorum regula morum,

Quæ didici reddo carmina Paule tibi.

Ad eundem.

Tu me Pieridum duxisti primus in antra:

Primitias igitur accipe Paule meas.

Ad lectorem.

Si te crebra iuuat breuibus sententia chartis,

Delectum è multis hoc cape lector opus.

Ad eundem.

Disticha nostra legant, pueri castæq; puellæ:

Continct obscænos fabula nulla iocos.

Vnde traxerit materiam distichorum.

Syderei instar apum delibans gramina Christi,

Delegi lector hoc tibi mellis opus.

A 2

Nemo



D I S T I C H A

Nemo impurus hæc legat.

Hinc lasciuia Venus, procul hinc discede Cupido:

Tota meis legitur casta Minerua libris.

Ad Catonem.

Tu Cato uel censor nostris scribère libellis:

Hæc farrago mei carminis, ista seges,

Ad lectorem.

Nostra legas quisquis fueris breuitatis amator:

Inuenies lepidos, sed sine felle iocos.

Ad lectorem de Martiale.

Carmina sunt, fateor pulcherrima uatis Hyberi,

Ad mores faciunt non tamen illa bonos.

Quod Christianos non decet

esse leues.

Cur grauibus texam quæris mea Disticha uerbis?

Cultores Christi non decet esse leues.

Optima quæq; carpenda ex autoribus.

Vergilius gemmas Enni de stercore legit:

Et mihi sunt uatum plura notanda luto.

Ad amicum de editione

fui libri.

In lucem hortaris me nostros edere uersus:

Perfectum nescis ut mora reddat opus?

In tribulatione uirtus, ut aurum

in igne perficitur.

Quod



M I C H A E L I S V E R I N I .

Quod fornax auro, facit hoc tribulatio iustis :  
Rebus in aduersis certa probanda fides.

Amor est causa amoris.

Quæ tu contemnes, nunquàm amisisse dolebis :  
Nam magni est nimius causa timoris amor.

Veri amoris nullus est finis.

Nunquàm uera fuit charitas, quæ desinit esse.  
Nam nullus ueri finis amoris erit.

Non decet Christianos more

Ethnicorum turpia scribere.

Nos genus electum Christi, nos sacra propago,  
Scribemus ueterum turpia more patrum ?

Obscœna fabula à pueris uitanda.

Inficit obscœni puerorum carminis aures :  
Fabula, dum uatum quæritur ipse nitor.

Mala durant quæ teneris  
mentibus discuntur.

Heu, male diluitur : teneris quod mentibus hæsit,  
Præsertim durant quæ didicere mala.

Quare mordaces uersus non scribat.

Quod nostri careant mordaci schemate uersus  
Lex hominum hoc prohibet, relligioq; Dei.

Omnes sunt fœlices ubi omnes amici.

Quàm felix & quanta foret respública, ciues,  
Si cunctos unus conciliasset amor ?

A 3 Nil

100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200





D I S T I C H A

Nil sine spe præmij fit.

Est labor ingratus, quem debita præmia fallunt ?

Quid graue non fiet spe sine, uel leue sit ?

Animum dantis deus non

donum considerat.

Non quantum dederis, sed qua tu mente dedisti

Pensandum est : placat uictima parua deum.

Forma caduca mali per sepe causa.

Quid fidis formæ populat quam morbus & ætas ?

Multis causa mali candida forma fuit.

De eadem re.

Hæc quam cernis anum, quondam formosa puella

Extitit : an nescis quam breue forma bonū est ?

Vxor bona & non pulchra

habenda est.

Sit formosa alijs uxor, tibi sit bona : nescis

Quam noceat castæ forma pudicitia.

Difficile est custodire formosas.

Aegrè formosam poteris seruare puellam

Nunc prece, nunc auro forma petita ruit.

De infelici patria.

Infelix patria est, pucros ubi purpura uestit,

Atq; ubi præcedit diuos honore bonos.

Illâ patria est felix ubi iuuentus assue-

scit modicis cibus.

illa



M I C H A E L I S V E R I N I .

Illā domus felix, ubi paruo assueta iuuentus,  
In festo coctum luxuriur olus.

De falsis gaudijs.

Quæ durare putas mortalis gaudia uitæ.  
Sunt breuia, & finis tristis amor erit.

De ueris gaudijs

Vna salus seruire Deo est: hæc gaudia sola,  
Vera putes: quorum gloria finis erit.  
In peccato est plus doloris quàm  
uoluptatis.

Quid letare miser? peccati est nulla uoluptas,  
Gaudia plus aloës quàm tua mellis habent.  
Cor impiorum est fretum feruens.  
Cor iniustorum semper uelut æstuat unda  
Aequoris, insanus quum freta uentus agit.  
Impudici oculi deprædantur  
animam.

Lumina prædantur mentem, pariuntq; ruinant  
Lumina nequitiae, (si sapis) abde fores.

Quid sit peccatum.

Peccatum est deforme malum: transgressio legis  
Diuinæ: at citius dixeris esse nihil.  
Iudex & censor omni careat peccato.  
Aspiciat lucem, qui uult damnare tenebras,  
Qui carpit mores labe carere decet.

A 4 Peccator



D I S T I C H A

Peccator & cæcus & bestia efficitur.

Cor deus iniusti nebulis obnebulat atris,

Exiit & formam, fitq; repente fera.

Peccatum est obex inter animã & deũ.

Obtenebrat mentem peccatum, est obicis instar:

Quo nequit autorem cernere tecta suum.

Quanta fides fuerit tanta retributio.

Est operis mensura fides, nostriq; laboris,

Examen: capies præmia quanta fides.

Aliena magis quàm nostra

uitia cernimus.

Cur aliena magis quam crimina nostra uidemus,

An quia nostra procul sint, aliena prope?

Post gaudia dolor sequitur.

Aeternus sequitur præsentia gaudia mæror:

Stulte ne delitijs credis utrisq; frui?

Risus in luctum uertitur.

Heu risus noster luctu miscetur amaro,

Duraq; sub dulci melle uenena latent.

De auaro.

Nusquam fraude caret, semper mentitur auarus:

Erga inopes surdus ferrea corda gerit.

De distributione honoris.

Indignum est nullo certamine præmia uelle,

Virtuti iustus distribuatur honor.

De



M I C H A E L I S V E R I N I .

De gloria .

Gloria si dulcis , studeas uirtute parare :

Quo labor est maior , gloria maior erit .

Iusti bene operantur propter uirtutē .

Terret poena malos , inuitant præmia iustos :

Sed potis est uirtus reddere sola bonos .

Qui deo militat mortalia contemnat .

Terræ spernat opes cœli qui militat oris ,

Principis æterni castra sequenda tibi .

Vt patientiæ crescant præmia non

audit Deus inuocantes se .

Vt tua maiori crescat patientia laude ,

Non audit subito uota petita deus .

Nec cito , nec temere iudicandum .

Iudicium præceps insani iudicis index .

Omnia sunt longis discutienda moris .

Iustitia & charitas arma sunt

principum .

Iustitia & charitas ualide sunt principis arces ,

Nulla tyrannorum uis diuturna fuit .

Contra inertes .

Tolle moras , uolucres menses labuntur , & anni ,

Ultima sit nescis , quando futura dies .

Viuentium tanquam sit ultima dies .

Compositis uiuas ceu sit lux ultima rebus ,

A S Incantum



D I S T I C H A

*Incautum ne te Parca seuera premat.*

*Aliud.*

*Quòd sit nemo sua contentus sorte requiris?*

*A patria extorres uiuimus hic solio:*

*Nihil stabile in rebus humanis.*

*Quum stabile hic nihil inuenias, cur stare requiris?*

*Et uideas fluxu cuncta perire suo?*

*Quæ uidentur sunt fluxa, inuisibili-  
lia æterna sunt.*

*Quod cernis nihil est, uolat atri turbinis instar,*

*Sed quod non cernis, esse perenne putes.*

*Ad magna præmia magno la-  
bore uenitur.*

*Non nisi per magnos ad præmia magna labores*

*Itur, at ignaui nulla corona datur.*

*In eadem sententiam.*

*Si te delectant æternæ præmia uitæ,*

*Magna quidem, nec te terreat ergo labor.*

*Qui bene uixit non timet mortem.*

*Qui bene præteritos sine labe peregerit annos:*

*Non horret mortis uulnera dira pati.*

*Mors uiri boni non est flenda.*

*Non obitus flendus, sequitur quem uita perennis,*

*uiuus enim semper qui bene uixit erit.*

*Erudiendi pueri in ætate tenera.*

DW



M I C H A E L I S V E R I N I .

Dum tenera est ætas generosos imbue mores,  
Tunc facile est cunctis artibus ingenium.  
Temporis iactura maxima,  
præsertim doctis.

Nulla uiris doctis iactura est tempore maior,  
Ab multi incassum tempus abire sinunt.  
Mors malorum pessima, bono-  
rum felix.

Formidanda malis sequitur quam poena perennis,  
At contra felix mors solet esse bonis.

Totam illustrat uitam felix exitus.  
Tota illustratur felici funere uita,  
Mors felix uitæ causa perennis erit.

Bono bonus exitus, malo malus.  
Vita boni raro turpatur funere fœdo,  
Vita mali turpi clauditur exitio.

Mutantur pili & non mores.  
De flauis uetula in canos uulpecula mutat,  
Illius at mores uertere nemo uidet.

Gula & ocia arma sunt ueneris.  
Quis Cererem, & Bacchum? quis nesciat ocia causam  
Nequitiae? & sceleres tela cupido tui?  
Curatio morbi non est differenda.  
Si uis curari, medico tua uulnera pande,  
Exposces sero quum morieris opem.

Pluribus



D I S T I C H A

Pluribus medicis non est credenda  
salus ægroti.

Vis febre curari? medicis ne crede salutem,  
Pluribus: unus enim sat bonus esse potest.

De regula quæ plures interficit  
quàm gladius.

Miraris subito Franciscum funere raptum?  
Crede mihi ancipiti plus ferit ense gula.

De eadem.

Quum dolcat stomachus, medicum accersire leonem,  
Paule iubes, febris si tibi causa gula est.

De gula morborum causa.

Autumno inquiris cur tot moriantur in uno,  
Causam, quum gula sit pestis & atra lues?

Modicis cibis natura contenta.

Esse cupis frugi? facile est: nam panis & unda,  
Prædiues dapibus quilibet esse potest.

Omnia pro uita æterna sunt  
hic toleranda.

Si quanta æternæ sunt uitæ præmia uoluas,  
Omnia pro Christo perpetere libens.

Aliud.

Spe regni æterni debes tolerare labores.

Longe promissis uberiora feres.

Aliud.

Pro



M I C H A E L I S V E R I N I .

Pro superis dabitur quæ commutatio regnis?  
Et tamen hanc hominum plurima turba facit.

Recta conscientia dat uerum gaudium.

Gaudia uera dabit mens omnis criminis expers,

Hei mihi quàm pauci gaudia uera ferent.

Non sunt uera gaudia in præsentis uita.

Delectare putas præsentis gaudia uitæ?

Quorum cum pœna toxica finis habet?

Sola uirtus beatos efficit.

Omnia quum pereant, uirtus est sola perennis,

Hæc immortales reddere sola potest.

Nemo confidat in suis diuitijs.

Pone modum rebus nimium confisc secundis,

Quæ dedit, hæc eadem sors tibi tollet opes.

In eandem sententiam.

Quid tibi si gemmas omnes cumularis, & aurum?

Et tua tartarcis mens crucietur aquis?

Deus nō miseretur assidue peccātis.

Assidue peccantis erit Deus hostis acerbus.

Quoue magis tolerat, seuior ultor erit.

Deus punit expectans tardos gra-  
uiora pœna.

Quid rides? grauitate Deus tormenta rependet,

Et gliscit tardis grandior ira moris.

Pecunia amissa grauius lugetur,

quàm



D I S T I C H A

quàm peccatum.

Si tua tam uero lueres peccata dolore,

Vt nummos, esses uictima grata Deo.

Vtendum est florida ætate.

Si mora nulla datur uitæ labentibus horis.

Cur ita tam longo turba sopore iacet?

Mors est ineuitabilis.

Qui subito palles audito nomine mortis,

An tibi res noua mors? unde repente metus?

Quando mors est optima.

Optima mors tunc est cum uita est criminis expers

Mors felix uita est quum tibi chara magis.

Post gaudiū uitæ uenit luctus mortis.

Qui lætare miser? nescis post gaudia uitæ

Perpetuos luctus mortis adesse tibi?

Deus non est autor culpæ sed pœnæ.

Non Deus est autor culpæ, sed criminis ultor,

Pro meritis iustis præmia iusta dabit.

De uitæ cupiditate in tot malis.

Quum mala præsentis longe sint plurima uitæ.

Quàm bona, cur uitæ tanta cupido tenet?

Via cœli difficilis, sed promissis

Dei facilis.

Est uia difficilis superas quæ ducit ad oras,

Promissis facilis redditur illa Dei.

Vlcus



MICHAELIS VERINI.

Vlcus proditum citius curatur.  
Quod cito prodideris medico curabitur vlcus,  
Obfuit, heu, multis occuluisse diu.

Omnia diuitibus licent.  
Quum reus est diues prætozem nactus auarum,  
Quid non sperabit posse licere sibi?

Quales principes tales populi.  
Si studia & mores populi cognoscere curas,  
Res facilis, uitam principis inspicias.

Cur solus in agris sæpe uersatur.  
Esse tibi solus uideor, si solus oberrem,  
Tunc mihi Pieridum turba canora comes.

In eandem sententiam.  
Quum fugiam coetus, me tanquam carpis agrestem  
Tunc ego sum solus, cum mihi turba comes.

In adultores.  
Blandus adulator regum certissima pestis,  
Hæc gaudet sanctos perdere sæpe uiros.

De eodem.  
Blandus adulator uirus commune potentum,  
Sæpius infesto sæuior hoste nocet.

Quales esse debemus.  
Sis nulli blandus, sed uerus & omnibus æquus,  
Vox clamore uacet, sit sine lite sonus.

Derisu.

Immodic



DI ST I C H A

Immodicus risus non est sapientis, at index  
Stultitiæ, lepidi sint sine dente ioci.

Ne simus loquaces.

Vis sapiens dici, raro, & meditata loquere,  
Sæpe loquax uerbis proditur ipse suis.

Vera laus bonorum.

Omne genus laudis turpi uilescit in ore,  
Vera boni & docti laus solet esse uiri.

Nec nostra laudare, nec aliena re-  
prehendere debemus.

Nec tua laudabis, nec facta aliena reprehendes,  
Nam satis est alter si tua facta canit.

Ad maurum desidem.

Tempore sic omni deses colis ocia Maure,  
Ut recutitorum sabbata turba colit.

De munere.

Munera quid possint, testetur ferrea turris,  
Quam uictor fuluo Iuppiter imbre subit.

In eundem sensum.

Quid non argento, quid non corrumpitur auro?  
Qui maiora dabit munera, uictor erit.

Diuites plerunq; mali.

Difficile est opibus mores seruare pudicos,  
Omnia diuitibus nonne licere uides?

Diuitiæ sunt causa periculorum.

Quum



M I C H A E L I S V E R I N I .

Quum sint diuitiæ manifesta pericula uitæ,  
Cur uoto à cunctis sic cupiuntur opes.

Paupertas cū bona sit, ab omnibus euitat̃

Sobria paupertas multorum causa bonorum est :

Hanc tamen ut pestem plurimā turba fugit.

Natura paucis contenta.

Quidnam deesse potest, modicus si panis & unda,

Prandia uel cœnam si tibi præbet holus.

Mors expectanda intrepide.

Expectes omni securus tempore mortem :

Nam quo sit nescis excipienda loco.

Mors ubiq̃.

Ipsæ licet fugias pennis uelocius Euri,

Non tamen effugies tela tremenda necis.

De timido.

Infelix palleo audito nomine mortis,

Tanquam sit soli mors fugienda tibi ?

Mors uitari non potest : unde

nec timenda nec fugienda.

Quod nequeas uitare fugis ? mors omnibus instat.

Nec formidanda est, nec fugienda tibi.

Ad idem.

Stultum ( crede mihi ) est, quod inuitabile cernis,

Effugere, & turpi si quatiare metu.

Gloria sæpe spreta cumulatior redit.

B De te



D I S T I C H A

De te alij narrent, proprio sordescit in ore  
Gloria: si taceas plus tibi laudis erit.

Nil magis nostrum est quàm tempus.  
Nil magis est nostrum uolucris quam temporis usus:  
Sed multis tanquam res aliena uolat.

Quicquid præteritum est mors  
nobis abstulit.

Prospicimus cuncti mortem, sed fallimur omnes:  
Quicquid præteritum est abstulit atra dies.

Voluptas pœnitentiæ proxima.  
Est instar floris uerni fugitiua uoluptas:  
Quod pudeat semper, pœniteatq; facit.

Laus liberalitatis.

Ille Deo similis, qui dat bene munera lætus:  
Qui repetit fructus, fœnoris officio est.

Nulla maior usura & sanctior.  
quàm pascere pauperes.

Nullum maius erit lucrum, quam pascere egenum:  
Fœnore nam grandi centupla dona feret.

Palam reddendæ grates: clam dandæ.  
Ingratæ est mentis sine teste reddere grates:

Reddereq; ingrata est dona minora datis.

Qui pauperibus elargitur in cœ-  
lo thesaurizat.

Quas Christi causa miseris donabis egenis:



M I C H A E L I S V E R I N I .

In caelo aeternas constabilibus opes.

In auarum.

Quid cumulas aurum? solum conceditur usus:

Tempora labuntur, dum cumulantur opes.

Nullum maius lucrum neque certius  
quam credere Christo opes.

Quod maius foenus quam Christo credere censum?

Promissis ne Dei est certior ulla fides?

De eadem re.

Munera si gratis dederis, si laetus amicis,

Tollet diuitias has tibi nulla dies.

Dat gratis nemo.

Munera qui mittit, sperat maiora remitti:

Nemo suas uellet perdere gratis opes.

Laus uirginitatis.

Virginitas caelum, Veneris chorus implet auernum.

Hac superis similes nos facit, illa feris.

Non decet seruum nec uxorem dominari

Quam miserum est, stultus si tractet seruus habenas,

Imperet aut uxor ambitiosa uiro.

Qualiter gratiae pinguntur.

Pinguntur geminae Charites spectare sororem:

Dono tibi, reddas ut duplicata mihi.

In eundem sensum.

Pinguntur nude Charites, ne foenore dones,

B 2 Usurans



D I S T I C H A

*Vsuram pietas, religioq; uetat.*

*Ad amicum.*

*Accipe parua mei letus munuscula census,  
Nec quæ sint, sed qua suscipe mente data.*

*Minor est labor quàm præmiũ cœli.  
Quem potes æterno pro munere ferre laborem:  
Mercedi an tantæ par labor esse potest?*

*Propter paruam fidem pauci saluantur.  
Saluantur pauci multiq; uocantur ad astra:  
An quia sit paucis cognita uera fides?*

*De charitate.*

*Est charitas perfectus amor, perfectaq; uirtus,  
Qua sine perfectum nil reperire potes.*

*Qui habet maiorem charitatem  
habebit maiorem gloriam.*

*Cui maior charitas, debetur gloria maior.*

*Quantus amor fuerit præmia tanta feret.*

*Qui uult esse altus sit humilis.*

*Esto humilis, quisquis fieri cupis incola cœli:*

*Fastus tartareis excrucietur aquis.*

*Tardi & considerati ad loquendum.*

*Qui cito præcipitat uelox sine pondere uerbum*

*Errat, & emissum non reuocare potest.*

*Quod dices & facies alijs, tibi  
fiet & dicetur.*

*Que*



M I C H A E L I S V E R I N I .

Quæ dices alijs, tibi iam responsa remitti

Expectes : capies qualia dona dabis.

Sentētia carens pietate iniusta est.

Quæ pietate caret sententia, seu putatur :

Est pietas cunctis anteferenda sacris.

Melius consilium quàm uires.

Consilio utilius, quàm uiribus arma geruntur :

Militis est robur, consiliumq; ducis.

Multi peccāt, & paucos errati pœnitet.

Quæ sine labe caro ? quæ non obnoxia culpæ est ?

Quem non inuenies criminis esse reum ?

Deus non potest peccare, alijs omnes,

Non peccare Dei est, nemo sine crimine uiuit :

Errati paucos pœnituisse uides.

De falsa spe pœnitentiæ.

Pertenuis spes est inter peccata salutem,

Et sperare nouis criminibus ueniam.

Qui pñtia desiderat, futura negligit.

Cui spes presentis uitæ est præfixa, futuram

Negligit, hic nunquam mente quietus erit.

De iracundo semper excedente iustitiã.

Qui temere, & præceps rabidas exarsit in iras,

Excedet semper limina iustitiæ.

Quæ uirginitati obstant.

Qui uult uirgineum cœlebs seruare pudorem,



D I S T I C H A

Ocia deuitet, foemineosq; choros.

De eadem re.

Sæpe marem in furias aspectu foemina solo  
Urget, & inflammat pectora notus odor.

Vitandæ opportunitates nequitia.

Quis non uretur, si se deicit in ignem?

Viuerè quis credat dira uenena bibens.

Melius est timere bene, quàm  
male fidere.

Vtilius timuisse bene, quàm fidere male:

Nam cauto & timido nulla procella nocet.

De uitandis foeminis.

O quibus illecebris capitur cui foemina iuncta est,

Foemina tentandi pabula quanta dedit?

Foeminæ occurfus est sagitta dæmonis.

Formosæ occurfus mulieris dæmonis arma.

Parthorum tanquam dira sagitta ferit.

Vitanda proximitas foeminæ.

Sæpe pudicitiam mulier formosa propinqua

Eripuit castis, multaq; damna dedit.

Foemina domat duces uictores.

Foemina magnanimos domuit per sæpe leones:

Prædaq; uictores sæpe fuere duces.

Viri duo fortissimi Samson & Her-  
cules foeminis succubuerunt.

Quis







D I S T I C H A

psallere, uel cantare.

Turpe uiro studium est psallendi, turpe canendi,

Turpe est fœmineis semper adesse choris.

Spes uitæ longæ est peccati causa.

Dulcis amor uitæ dirum, mihi crede, uenenum est,

Causaq; peccandi spes diuturna fuit.

In eandem sententiam.

Quàm miserum est nescire mori, uitæq; cupido

Peccandi multis pabula quanta dedit?

Qui nihil sperat, nihil timet,

Si nihil sperabis, discrimina nulla timebis:

Qualis amor fuerit, talis & ipse timor.

Non decet uirum muliebri cul-

tu incedere.

O quam turpe uiro muliebri incedere cultu,

Molliaq; cuulsis reddere crura pilis.

De principe nō prohibente peccatum.

Qui prohibere potest, causam tribuisse uidetur

Peccandi quicquid non uetat illicitum.

Conscientia bona nihil timet.

Qui rectè uiuit contemnit iussa superbi:

Conscia mens recti nil timuisse potest.

Viua uox magis afficit.

Plus tibi conuictus, plus uni proderit oris

Eloquium, quàm si scripta diserta legas.

Fidere



M I C H A E L I S V E R I N I .

Fidere uulgo, & placere uelle de-  
mentis est.

O te dementem, si uulgi ignobilis aura  
Te mouet, ah nescis cui placuisse cupis.

Non sunt munera accipienda.

Munera ne capias, uncus latet hamus in esca:  
Nulla carent uisco munera, uirus habent.

Verus amicus aduersis nempe  
rebus cognoscitur.

Temporibus duris ueri noscuntur amici:

Ah fidos paucos experiere tibi.

In eandem sententiam.

Inuenies multos si res tibi floret amicos:

Si fueris pauper. quis tibi amicus erit?

Quæ sunt ueræ diuitiæ.

Diuitiæ non sunt argenti pondus, & auri,

Virtutes ueras accipe diuitias,

De lucri cupiditate.

Conditio misera est lucri intoleranda cupido:

Hyberni hæc uexat turbinis instar aquas.

Ad auarum.

Hostia pauperibus, penus, & granaria claudis:

Tradiderit soli hæc ceu tibi cuncta Deus.

Cur non edat.

Cur ego non adam in lucem mea Disticha queris?

B

5

Aedita

h. ostent. in la. li. ger





D I S T I C H A

*Aedita (si mala sunt) quis reuocare potest?*

*Victrix fortunæ sapientia.*

*Si fueris sapiens, Cræsi superaueris aurum:*

*Nam sapiens nullo tempore uiuit inops.*

*Stulto prodest nihil.*

*Quid prodesse potest stulto, quum nesciat uti*

*Consilio, atq; omni tempore uiuat inops?*

*Qui amat corpus, spernit animi uirtutē*

*Cui nimis est charum corpus, uilescit honestas:*

*Et uentrem, & mentem, nemo replere potest.*

*Ad Petrum.*

*Te miserum dicis, fateor, sine crimine quenquam*

*Non uidi miserum, tu miser ergo Petre es.*

*Ad Dinum.*

*Quum tanta heu miseris penuria temporis instet,*

*Cur Dine in nugis tempora longa teris.*

*Reprehendit mori timentem.*

*Quum sit plena mali uitæ mortalis egestas,*

*Cur exire times e carcere, liber eris.*

*Satis uiuit qui honeste uiuit.*

*Quod cito decedis, gemis? hac es lege creatus:*

*Nam tibi longa satis, quæ bona uita fuit.*

*Omnia patienter ferenda: ut ex*

*uoluntate Dei procedentia.*

*Quod tibi contigerit, patienter ferre memento,*

*Quum*



M I C H A E L I S V E R I N I .

Quum certum est fieri numine cuncta Dei.

Mens bona nunquam timet, at  
mala semper.

Conscia mens recti nullo commota pauore est:

At mala mens semper sollicitata metu.

Omnis bonus felix

Quid magis est felix, quã cor sine crimine mundũ?

Qualis inest mundo pectore letitia?

Contra hypocritam.

Mentiris, Christi falso qui sacra fateris,

Ni facias quicquid pagina sacra iubet.

De ueneratione parentum.

Qui cupis esse senex, charos uenerare parentes:

Quæ patri facies, filius illa tibi.

Contra mercatores rerum terrenarum.

Per mare, per terras mercator quæritat aurum,

Tu cœli æternas stulte relinquis opes.

Inauarum diuitem.

Quem non pauisti, mactasti diues egenum:

Ipsè reus tantè criminis huius eris.

In parasitos.

Qui socius mensæ est, uerum ne reris amicum:

Tolle epulas, nosces quàm tibi fidus erat.

Qui amat periculum in eo peribit.

Qui discrimen amat persæpe peribit in illo:

In pugna

à ostentata lijer





D I S T I C H A

*In pugna miles, nauta peribit aqua.*

*De incerto exitu.*

*Quum minime uelles, truncabit stamina Clotho,  
Nec quicquam extremo certius interitu est.*

*Contra tardanteis bene operari.*

*Cras inquis faciam, concessa q̄; labitur hora :*

*Fac hodie : fugit hæc non reditura dies.*

*De inuidia.*

*Inuidia est animæ tinea : hæc ceu uipera mordet,  
Auctoris q̄; sui uiscera prima ferit.*

*Non audiendus detractor.*

*Qui detractori, faciles accommodat aures,*

*Dat causam, & pariter criminis ille reus.*

*Quod scimus docere debemus.*

*Edoceas quod scis, fit enim sapientia dando*

*Maior, at est contra facta retenta minor.*

*Via cœli aspera, inferni prona.*

*Itur ad æthereas per magna pericula sedes :*

*At nullo inferni prona labore uia est.*

*De foeditate peccati.*

*Si posses uitium quàm sit deforme uidere,*

*Hoc dices monstro foedius esse nihil.*

*De pulchritudine uirtutis.*

*Flammiferis longe est uirtus formosior astris,*

*Hæc rebus cunctis anteferenda tibi est.*

*Qui*



M I C H A E L I S V E R I N I .

Qui meminit mortis & inferni,  
facile à vitijis abstinebit.

Is facile extinguet Veneris flagrantia tela,  
Qui meminit gehennæ, qui Phlegetōtis aquæ,  
Ad Simonem Canusianum.

Te dare promittis, nec das mihi munera Simon,  
Nil tibi debebo, si mihi tarda dabis.

Elatorum grauior est lapsus  
quàm humilium.

Quò magis est abies procera, euertitur Euris,  
Culmina, non ualles, fulmina torta petunt.  
Virtus unius alterius inuidia.

Quò maior ciuis, maior solet esse ruina,  
Magnaq; liuorem gloria saepe parit.

Qui magnus est semper timet.

Quantò maior eris, maiora pericla cauenda,  
Crede mihi nullo tempore tutus eris.

Bis dat qui cito dat.

Munera des letus, corrumpunt tædia donum:  
In quo censendum est quid, nisi dantis amor?

Qui cito & temere promittit  
nusquam seruat fidem.

Qui cito, qui temere spondet se multa daturum,  
Quæ male promisit turpius illa negat.

Negare in principio est dare

beneficium

à orate mela li ver





D I S T I C H A

beneficium si bene negetur.

Qui cito uel belle negat, is tribuisse uidetur  
Munera, nam semper est odiosa mora.

Non est seruanda fides in rebus malis.

Turpiter Aegidæ Neptunus munera soluit:  
In male promissis reijcienda fides.

In auarum.

Vestibus innumeris desudas, horret egenus:  
Frigore cur inopem, teq; calore necas?

Cui plus Deus dederit, plura requiret.

Cui bona multa Deus concessit, plura requiret:  
Ni dispensarit quas bene cepit opes.

Non est tutum spretis suis  
credere se alienis.

Non est tuta salus alienis credita telis,

Venales mutat quælibet aura manus.

Iustitia & charitas sunt arma  
tuta principum.

Iustitia & charitas dilecti principis arces:

Hæc sunt arma, quibus nulla nocere queunt.

Qui dat inopi sua nunq̃ erit pauper.

Qui bene diuitias inopi donabit amico,

Hic omni felix tempore diues erit.

Velox passus sine causa signū leuitatis.

Incessus uelox signum leuitatis habetur:

Ni calli=



MICHAELIS VERINI.

Ni causa impellat præcipitare moras.

Pueri & iuuenes non debent  
maledicere senibus.

Ne seua in canos iuuenis conuitia fundas,  
sed subito assurges prætereunte sene.

A prima ætate sunt docendi pueri.  
Vera tuis ut sit si uis sapientia canis,  
Cum primo hanc sitiens cbibe lacte puer.  
Vnde senatus dictus.

A senibus præsci sanctum dixere senatum:  
Est robur iuuenum, consiliumq; senum.

De senum prudentia.

A sene consilium quæras, prudentia rerum  
Et illis, sine qua curia quæq; perit.

Signum ruinae gubernatio iuuenum.

Vrbes, regna, domos iuuenum quas rexerit ardor,  
Sint quanquam fortes, certa ruina manet.

Quid sit lex & iustitia.

Vim legis, prohibere malū est, permittere honestū:

Iustitiæ est semper ius dare cuiq; suum.

Qui cito credit leuis est corde.

Qui cito crediderit fallitur sæpe, leuisq;

Est cordis: raro fallitur ipse senex.

Peius est foedari animo quam  
turpari corpore.

Fœdus

à onthe mela liyer





UNIUS DISTICHA

Fœdius est animi uitijs corrumpere lutem,  
Corpora quàm turpi commaculare nota.  
Iniustitia ruina urbium.

Nil iniustitia miseræ est infestius urbi:  
Funditus hæc muros uertit, & ipsa domos,  
Discordia res omnes euertit.

Nil adco est firmum, quod non discordia uellat:  
Funditus hæc muros uertit, & illa domos.  
Qualis sit princeps reipublicæ.

Publica priuatis nisi præferat omnia rector,  
De iusto iniustus, rege tyrannus erit.  
In cœlo uera amicitia.

Si nihil in terræ casto perhibetur amore  
Dulcius, in cœlo qualis amicitia?

Non bene philosophiæ & con-  
iugio uacatur.

Non bene Socraticis chartis, thalamoq; uacabis:  
Nunquid erit Veneris casta Minerua comes?

Senectus bonis iucūda ē, malis morosa.  
Quæ caruit uitijs dulcis solet esse senectus:  
Contra morosa est, quæ uitiosa fuit.

Vitia aliena inquirimus,  
nostra non cernimus.

Esse quid hoc dicam, alterius si crimina linceis  
Aspicias, at cæcis si tua luminibus?

Nemo



M I C H A E L I S V E R I N I .

Nemo sua forte contentus.

Quisq; suam deflet sortem, uicinaq; semper  
Apparet falso latior esse seges.

Mutatio consilij optimus portus.

Errare est hominis, sed non persistere: saepe  
Optimus est portus uertere consilium.

Tempus praeteritū reparari non potest.

Praeteritas nullus reuocabit temporis horas:

Desidia an quicquam foedius esse potest?

Vtilius est unum ac saepe librum  
legere, quam multos cumulare.

Egregios cumulare libros praecleara suppellex:

Ast unum utilius uolueri saepe librum.

De retinendo quae leguntur.

Vt cibus emissus subito non proderit aluo,

Pabula sic mentis non retinere diu.

Nocent plura medicamenta,

& plures medici.

Impediunt certam medicamina crebra salutem,

Non plures medici, sed satis unus erit.

Nihil sine amicis iucundum.

Quid tibi iucundum submotis esset amicis,

Cuncta tibi quanquam sint cumulata bona?

Quid sit amicus.

Alter ego est uerus, multumq; probatus amicus,

C

Quo

108  
Michaelis Verini





D I S T I C H A

Quo debet nobis charius esse nihil.

Amici prius eligendi, electi  
semper retinendi.

Nil temere admittas, nisi fidum noris amicum,  
Sed semel admissus semper habendus erit.

Scire mori est honos mortis.

Mortis honos est scire mori, uitæq; beatæ,  
Exitus est testis: qui sine labe fuit.

Fictilibus tutius, quàm in gem-  
mis cœnatur.

Fictilibus cœnare pudet, gemmasq; requiris,  
Ah, nescis demens quanta pericla manent.

Sapientia docendo, charitas  
dando fit maior.

Vt charitas dando, sic fit sapientia maior:  
Claustra minor nobis, largius ergo dabis.

Auaritia semper crescit.

Crescit auara sitis, quantò tibi copia maior,  
Vel cumules omnes, semper egebis, opes.

Quid sit diues.

Non est, crede mihi, multos qui possidet agros  
Diues: sed diues cui satis unus ager.

Liberalis.

Quas inopi et dulci letus donabis amico,  
Temporibus nullis eripientur opes.

De



M I C H A E L I S V E R I N I.

De ægroto incurabili.

*I cito, dic oleum properet deferre sacerdos:*

*Conuenit medicum plurima turba simul.*

*Aegroti non curantur à pluribus*

*Nunquam, crede mihi, à morbo curabitur æger,*

*Si multis medicis creditur una febris.*

*Quare diuites peius. quàm pau-*  
*peres curentur ægroti.*

*Vnde fit ægroti ut plures curentur egeni?*

*An quia diuitibus pharmaca plura nocent.*

*Quomodo diues, & felix efficitur.*

*Vis fieri diues? Christi præcepta sequaris,*

*Diminuas animi grandia uota tui.*

*Amici diuitum sunt falsi amici.*

*Quem tibi diuitiæ peperere, est falsus amicus,*

*Argentum, non te, diligit ille tuum.*

*Patientia & fides probatur in*  
*rebus aduersis.*

*Rebus in aduersis patientia uera probatur:*

*Rebus in aduersis uera probanda fides.*

*Duplex pœna peccanti principi*  
*imponenda.*

*Si proceres nequam, si peccauere parentes,*

*Exemplo & sceleri pœna paranda duplex.*

*Filius imitatur mores parentis.*

C 2 Sæpe

à ostentare la li ger





M I C H A E L I S V E R I N I .

Sæpe patris mores imitatur filius infans,  
Qualis erat mater, filia talis erit.

Filia mores matris sequitur.

Casta refert castæ genitricis filia mores,  
Lasciuæ nunquàm filia casta fuit.

Pater debet esse optima norma filijs.  
Et uerbo, & factò paruis sit regula natis,  
Optima sitq; omni tempore norma pater.

Artes discendæ à teneris.

Altera natura est habitus: quam iunior artem  
Perdisces, tollet nulla senectæ tibi.

Sola uirtus beatos efficit.

Sola potest homines æternos reddere uirtus,  
Huic soli è cunctis non libitina nocet.

Eloquentiæ uires.

Nil tam difficile est quod non persuadeat, & non  
Efficiat docti lingua diserta senis.

De eloquentia.

Ancipiti eloquium longe penetransius ense:  
Hoc rabiem motam sedat, & arma mouet.

Ad idem.

Nil adeo incultum quod non ratione nitescat,  
Thebarum hæc altas uexit ad astra domos.

Qui uerū audire nō uult: p̄ditus est.

Desperanda salus qui uerum audire recusat,

Inq;



D I S T I C H A

Inq; suum præceps labitur exitium.

Iuuenum furore urbes euersæ,  
saluatæ consilio senum.

Præcipites iuuenum dementia subruit urbes,  
Curia consilio constabilita senum est.

Plus Fabius senex quàm Flami-  
nius profuit urbi Romæ.

Plus cunctatoris Fabij mora profuit urbi,  
Flaminij & Gracchi quàm ualere manus.

Conscientia bona iudicem non timet.

Accuset te mille licet, mens conscia recti

Stat tamen, & spernit iudicis ora trucis.

Ad quendam uaniloquum.

Omnibus in triuijs recitans tua carmina laudas:  
si uis ut laudem, disce tacere prius.

Non est uituperandus, si non est  
æqualis filius patri.

Quod nequeam ad Musas puer aspirare paternas,

Da ueniam, noster Disticha ludus erit.

Ad carpentem sua disticha.

Disticha quod tenui mediter me carpis auena

Non omnes possunt prælia flare tuba

Ad eundem.

Si labor in tenui est, si me non spernit Apollo,

Cur tibi sic nostri displicuere sales?

C 3 Ad Vgo=

10 ante mela lijer



MICHAELIS VERINI.

Ad Vgolinum patrem suum.

Nosti chare parens quam sim breuitatis amator :

Accipe delicias Disticha parua meas.

Ad eundem.

In lucem nostri formidant prodere lusus,

Si prius emendes, nil Vgoline timent.

Ad carpentem ingeniū & ætatē suam.

Me puerum dicis, quid tum, ingeniumq; reprehendis?

Sat mihi, si mores dixeris esse bonos.

In eundem.

Ætatem incusas, nequeas quum carpere mores :

Naturam insanæ est carpere mentis opus.

Qui senex laudandus.

Vt laudanda senis probitas, ita foeda senectus.

Culpanda est, turpi quæ maculata probro.

Ad Canisianum quod otium est

sepulchrum hominis.

Otia mors hominum est, spirantis & esse sepulchrū

Arbitror indocti, Canisiane, uiri.

Signum est æternæ ruinæ felicitas

improborum.

Desine mirari, æternæ sunt signa ruinæ,

Prospera quum uideas tot geminata malis.

Ingratus est, qui sine usura grates

reddiderit.

Reddiderit



## DISTICHA

Reddiderit quisquis paruas sine fœnore grates,  
Conuincam ingratum Canisiane uirum.

Poëtæ multa lectione est opus.  
Instar apis debes uarijs excerpere libris,  
Mellifluo ut manet dulcis ab ore liquor.

Se quisq; metiatur, & alijs erit  
æquus iudex.

Te perpende prius, nec det tibi purpura fastum,  
Ut tibi sic alijs arbiter æquus eris.

Virtutis principium asperum,  
finis amœnus.

Est opus incepto, finis uirtutis amœnus,  
Principijs quamuis aspera prima uia est.

Voluptas pestis iuuenum & senũ est.  
vis fieri fœlix? est debellanda uoluptas:

Hæc iuuenum exitium est, pestis & illa senum.

Iactantia est omnibus inuisa.

Omnibus inuisa est stolidæ iactantia mentis:

Dum de te loqueris, gloria nulla tua est.

Quæ carent effectu tentanda nō sunt.

Quæ fieri nequeunt, prorsus tentare recuses,  
Ingenij debes pondus habere tui.

Nihil noui sapienti contingit.

Præuidet è specula sapiens quæcunq; futura:

Assuetusq; malis nil nouitatis habet.

ante mala liyer





M I C H A E L I S V E R I N I .

Sapiens nihil inuitus facit.

Nil facit inuitus sapiens : exire recusas

Quod uitare nequis ? uelle necesse tibi est.

Quos bene uestitos eisdem egregios uulgi putat.

Si toga crassa mihi est, spernor, si trita lacerna est,

Num facit egregios purpura picta uiros ?

In eandem sententiam.

Si modo me spernis, mutata ueste redibo :

Quod mihi non dederis, uestibus ipse dabis.

Ad idem.

Oblatrant tritis catuli plerunq; lacernis :

Ne latres, nobis uestis habenda noua est.

In detractorem.

Nullius ingenij tanquam sint Disticha carpis :

Tu nil quum scribas, quale tibi ingenium est ?

Quod non sumus mancipia corporis.

Quum sit missa tibi mens alto libera caelo,

Num uis mancipium corporis esse tui ?

In detractorem.

Sectantem patrias artes & inutile carmen

Me carpis : tu quid desidiosus agis ?

Non est credendum blando adulatori.

Qui te plus solito demulcet carmine blando,

Te carpere insidijs nititur ille suus,

Vitanda.



D I S T I C H A

Vitanda sunt contagia culpæ.  
Ceu colubrum fugias blandæ contagia culpæ,  
Quis non foedatur, si pice tactus erit?

Res precibus uendita cara est.  
Quod precibus uendis pretium tibi uile uidetur,  
An mihi res emitur carior ulla prece?  
Meum & tuum sunt omnium  
malorum causa.

Si duo de nostris tollas pronomina rebus,  
Prælia cessarent, pax sine lite foret.

Qui seminat discordiam,  
ærumnam metet.

Qui mala uipercis iactabit semina sulcis,  
Martis & ærumnæ tristia grana metet.

De morbo suo.

Mutauit stomachum diri uiolentia morbi:  
Hei timeo faciet quid mihi seua lucis.

Quæ scimus docere, & quæ igno-  
ramus discere debemus.

Quæ nosti impertire libens, facilisq; roganti  
Esto: quæ nescis discere ne pudeat.

Diuitiæ male parte hostibus  
relinquuntur.

Cur tibi diuitias cumulas? cui congeris aurum?  
Hostibus an nescis hæc cumulare tuis?

C 5 Ad

in ostentum la li ger





MICHAELIS VERINI.

Ad factiosum.

Cur miser incedis numerofo milite feptus?

Quæ mala custodes tot peperere tibi?

Qui alios reprehendit, fe primum  
caftiget.

Quum fueris censor, primum te crimine purges,

Ne tua te damnent facta nefanda reum,

Non debemus noftra negligere,  
ut aliena curemus.

Ne tua contemnas aliena negocia curans:

An tibi te quisquam iunctior eſſe poteſt?

Amico fac proſis, ut tibi  
non obſis.

Eſto memor charo ſemper prodeſſe ſodalî

Sic, tibi ne noceat præſtita ſedulitas.

In eandem ſententiã.

Sic utare tuis egeas ne rebus amicis:

Sarcina nanq; humeris tota ferenda tuis,

Amici pauciſſimi.

Millibus ex multis unus uix fidus amicus:

Hic albo coruo rarior eſſe ſolet.

Omnes diuites auari ſunt  
pauperes.

Quærere diuitias, & ſemper egere, furoris

Eſt ſummi: ut partas deſtruat alter opes.

Vnus



D I S T I C H A

Vnus princeps.

Non capit una duos maiestas regia fratres,  
Fraterno rubuit sanguine Roma recens.

Vita tyranni miserrima.

Quid quæris, si nota foret tibi uita tyranni,  
Priuatus malles sedibus esse tuis.

De Sylla felici.

Imperium posuit tunc uero nomine felix,  
Nam prius iniustus Sylla tyrannus erat.

Festinatio & ira sunt inimicę consilio.

~~Consilium~~ præceps sequitur plerunq; ruina,  
Ira quoq; est ualde noxia consilio.

De uictu modesto.

Sit facilis uictus nullo irritante saporem:  
Sed stomachum & gustū mordeat ipsa fames.

De paupere.

Si pauper fueris, sit parsimonia munda:  
Nec neglecta tibi simplicitas fuerit.

Laus sit modesta, uituperatio modica.

Si quem laudaris, parce laudare memento:  
Crimina culpato, parcius ipsa tamen.

Autoritas dicentis non est  
attendenda, sed quid dicat.

Nec te dicentis moueat reuerentia, sed quid  
Dixerit, attendas qua ratione probet.

Petro

ante m. la. li. ger





M I C H A E L I S V E R I N I .

Petro Ridolpho Nicolai filio.

Nil tibi rescripsi, ueniam concede Ridolphe:

Hic morbi quintus iam mihi mensis adest.

Simoni Canisiano amico.

Non me uisisti, sexto quum mense laborem,

Dic ubi traxisti Canisiane moras?

Ad Petrum hortantem, ut salutem

recuperet posita uirginitate

Cur Petre uirgineum hortaris me ponere florem?

Non faciam: uel si hoc certa paranda salus.

Ad Paulum Roncilionem,

de medicorum consilio.

Promittunt medici coitu mihi Paule salutem:

Non tanti uitæ sit mihi certa salus.

Ad Pierides.

Quæ mora Pierides tenuit? succurrite morbo

Pallida letifero uix tegit ossa cutis.

Ad Calliopeam.

Hic mihi iam sextus mensis post mille labores:

Affer opem uati Calliopea tuo.

Ad Apollinem.

Pulcher Apollo ueni, differq; salutifer herbas:

Tum cito si moriar, crimen Apollo tuum est.

De luxuria,

Luxuria







VARIA MICHAELIS VERINI  
POETAE EPITAPHIA.

Hoc Nicolaus Seraticus  
ædedit.

*Ante diem raptum quæsta est elegia Tibullum,  
Proximus accedit pro Michaële dolor,  
Amplius in puero mores mirabere lector,  
Disticha qui sancto digna Catone legis,  
Contigit impubi, seris quod prouenit annis,  
Iudicium, grauitas, candida uita, sophos.  
Sic iuuenis Michaël superauit Nestoris annos:  
Vitam etenim uirtus, non mora longa, parit.*

ALIVD A BERNARDO  
Michelotio æditum.

*Ne fle, uiuo, fruor tandem pater optime ueris  
Delitijs, cœlo, posteritate, Deo.*

Poëtæ Epitaphium ab Anto-  
nio Geraldino æditum.

*Regia Pyramidum cedant monumenta uiator  
Huic lapidi, quanquàm marmora nulla uides.  
Verimus Michaël decus immortale pudoris  
Clauditur hoc saxo: siste parumper iter.  
Quod latet ingenij sydus? quæ gloria Phœbiæ  
Delitias orbis quàm breuis urna capit?*

*Disticha*



Disticha composuit grauibus distincta figuris,  
Quæ possis sacris æquiparare libris.  
Est breuis, argutus, facilis, sine felle pudicus:  
Litera plus nerui, quàm sua carnis habet.

ALIVD AB QVODAM HIE-  
ronymo æditum.

Hic situs est Michaël sexta trieteride raptus,  
Vnica doctiloqui spes & imago patris.  
Moribus, in dubio est, fuerit uel carmine maior:  
Fama pudicitiae, Pieridumq; decus.  
Indicium, probitas, studium, solertia, non te  
Asserit impubem, sed probat esse senem.

HOC MARTINVS IVARRA  
Cantabricus ædidit.

Ille ego Verinus Phœbi noua fama Michaël,  
Quem Verona uelis, quem puto Thera tuum.  
Ter senos Lachesi rapior puer altus in annos,  
Dum Veneris fugio, quam mala ferret opem.  
Sic pedibus magnum Christi pulsamus olympum:  
Et me Vesta frequens, Hippolytusq; legunt.

F I N I S.

Lipsiæ excudebat Michael Blum.

à oriente mala lijer





Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

A L I O D A B O W O S A T H I E

Faint, illegible text in the middle section of the page.

H O C A B A T I N S I T A

Faint, illegible text in the lower middle section of the page.

Faint, illegible text near the bottom of the page.

Faint, illegible text at the very bottom of the page.





in gente mala li ser  
entem & marceha-  
oysem allocutus est:  
o, ferre uolente,  
tra rum uelle po-  
ue. o licitudine fa-  
einceps completo,  
sua gradum sistere  
n ignis portionem,  
lextra ad arborem  
osum Deus, mun-  
oficiens, ipsumq;  
cessit, nil tamen  
ecurus, & manum  
indidam uidebat.  
genti tuae, male  
atutus, timeope-  
iorisq; facundia,  
raditionisq; di-  
roborabimus, &  
cuis sauroribus  
tutes offendem.

hat e is ein secrett werte

hat e is ein secrett werte

100 de jura  
juris


100 de jura











Farbkarte #13

B.I.G.

HAE

HISPA

enis do

cha

ortuus sit, satis bene  
gram. ita inquiring:

us occidit annis:

tior an ingenio.

niranda parenti,

andia sensa breui.

uccurrere morbo:

ille mori.

decus, unde iuuentus

iam capiant.

XVIII.